(5) (41)

LEO PP X

Dilectis filijs Potestati prioribus consilio communitati et hominibus ac particularibus personis Terre nre Aquependentis salutem et aplicam ben. Certiores facti sumus ibi esse nonnullos qui die noctuqz diuersa arma offensibilia scilicet et defensibilia ferentes sepissime instigationem et incentiuum prebent seditionum atqz tumultus cui rei nos pro paterna caritate qua vos et dcam terram complectimur Volentes oportune prouidere simulqz scandalis que inde exoriri possent obuiare Decernimus et declaramus per pntes ut quisquis siue ciuis siue incola cuiuscumqz status gradus ordinis uel conditionis etiam si nris et S R E stipendijs mediate uel immediate militet non audeat aut quouis modo presummat in dca terra siue eius comitatu et districtu tam die qz noctu arma cuiuscumqz generis predicta deferre sub indignationis nre ac excommunicationis quingentorumqz Ducatorum ac priuationis stipendij seu salarij sui si milites fuerint alijs grauioribus penis et mulctis in contrafacientes nro ac vicelegati in ista prouincia pro tempore existentis arbitrio infligendis et camere aplice applicandis Et propterea vobis seu illi uel illis ad quos spectat harum serie districte precipiendo mandamus quatenus pntem voluntatem declarationem et decretum nrum per publicum proclama promulgetis seu in uulgari sermone promulgari faciatis Ita ut nullus illorum ignorantiam pretendere seu allegare possit In contrarium facien. nõ obstan. quibuscumqz Datum Rome apud scm petrum sub annulo piscatoris die viij Aprilis M D XIX Ponts. Anno Septimo:

Im

Euangelista

64

Prohibitio Leonis Pape Decimi ne quisquis sive Civis sive Incola ctrá similes esset dispendiabus S.ᵗᵉ Romanę Ecc.ᵃᵉ ferret arma neq offensibilia neq defensibilia neq de die neq de nocte in Terra Aquep.ᵗ neq in eius Territorio subanno Dni etc.

9/9/1519

Lettera di Leone X per [illegible]

ARCHIVIO STORICO ACQUAPENDENTE